

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tvllii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

Liber decimus sextus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1133)

M. TVLLII CICERONIS
EPISTOLARUM
LIBER DECIMVS SEXTVS,
AD
ATTICVM.

CICERO ATTICO, S.



NONIS Quint. veni in Puteolanum. post-
ridie iens ad Brutum in Nesidem hæc
scripsi sed eo die. quo veneram, cenanti
Ero. tuas litteras. 2 Itane? Nonis Iulii?
3 Dii hercule istis. sed stomachari totum
diem licet quidquamne turpius 4 quam
Bruto, Julius? redeo ad meum igitur,
5 *ἐπ' εἰρήμῳ*? nihil vidi. Sed quid est quæso, quod agripe-
tas Buthroti concisos audio? quid autem Plancus tam cur-
sum 6 (ita enim audiebam) diem, & noctem? sanè cupio
scire quid sit. Meam profectorem laudari gaudeo. 7 Dy-
mazos, agro pullos, mare infestum habere nil mirum.
videndum est, ut mansio laudetur. 8 *ὅτι ὁμοπλοῖα* Bruti
videtur aliquid præsidii esse. sed, opinor, minus a navigia.
sed iam sciam, & ad te eras. De Ventidio, *πανικῶν* puto.
De Sexto, pro certo habebatur; 9 haud arma. quod si verum
est, 10 sine bello civili video *serviendum*. quid ergo? Kal.
Jan. in Pansa spes? 11 *ἄλλο πολὺς*, in vino, & in somno
istorum. 12 De ccc, optime Ciceronis rationes explicen-
tur. 13 Ovius enim recens: is multa, quæ vellem: in his
ne hoc quidem malum, 4 in mandatis sat abundè: h-s
LXXII. satis esse, affatim profus; sed Xenonem perexi-
guè, & 15 *γλιχρῶς* præbere, id est minutatim, quo plus
permutasti, quam ad fructum insularum, id ille annus ha-
beat, in quem itineris sumtus accessit, hinc ex Kal. April.
ad h-s LXXX accommodetur. nunc enim insulæ tantum.

videndum enim est, quid, cum Romæ erit. non enim
puto socram illam ferendam. Pindaro 16 Decumano ne-
garam. Nunc, cuius rei causa tabellarium miserim, accipe.
Q. filius mihi pollicetur se Catonem. egit autem & pater,
& filius, ut tibi responderem: sed ita, ut tum crederes,
cum ipse 17 cognosces. huic ego litteras ipsius arbitratu
dabo. ex te ne moverint. has scripsi in eam partem, ne me
morum putares. dii faxint, ut faciat ea, *quæ promittit*. com-
mune enim gaudium. sed ego nihil dico amplius. is hinc
vii Idus. ait enim attributionem in Idus, se autem urgeri
acriter. tu ex meis litteris, quo modo respondeas, 18 mo-
derabere. Plura, cum & Brutum videro, & Erotem remit-
tam. Atticæ meæ excusationem accipio, eamque amo plu-
rimum; cui, & Pilix salutem.

CICERO ATTICO, S.

VI. Idus duas epistolas accepi, unam à meo tabellario, 2
19 alteram à Bruti. De Buthrotiis longè alia fama
in his locis fuerat: sed cum aliis multis hoc ferendum.
Erotem remisi citius, quam constitueram, 20 ut esset qui
Hortensio: & quia Equiribus quidem ait se Idibus con-
stituisse. Hortensius verò impudenter. nihil enim debe-
tur ei, nisi ex tertia pensione, quæ est Kal. Sext. ex qua
pensione ipsa major pars est ei soluta aliquanto ante diem.
sed hæc Eros videbit Idibus. De Publilio autem, quod
prescribi oportet, moram non puto esse faciendam. sed
cum videas, quantum de jure nostro decesserimus, qui de
residuis 21 cccc h-s, cc præsentia solverimus, reliqua
1 rescri-

0. *Non Puteolanum postridie iens ad Brutum in Nesidem.* Ex Tornæli. &
Decoreto hæc sunt; à vulgatis adverbium, *postridie*, abeli & pro,
Nesidem legitur, *Neside*
2. *Itane? Nonis Iulii?* Sic emendavit Victorius, ante quem excusi
sermè omnes habebant, *itane volis Iulii*; idem Ant. Augustinum feci-
tisse a c Vrsinus
3. *Dii hercule istis.* Ita legendum ex Crusellino: ut conjecerat d.
cap. 19. Ipsiis. vulg. *hercule istis*
4. *Quam Bruto, Iulio?* Sic legendum docet Lambinus, vulgò, *quam*
Brutus, Iulius, &c.
5. *ἐπ' εἰρήμῳ.* Adhucne sinimus. Veteres codices Victorii,
Lambini & Bosii, *ἐπ' εἰρήμῳ* habent, ex quibus hoc factum. Lambinus
legit, *ἐπ' εἰρήμῳ*, vel *ἐπ' εἰρήμῳ*, sive, *εἰρήμῳ*, simpliciter. Vulga-
tam lectionem *ἐπ' εἰρήμῳ*, cum n. s. Palat. servat Iunius. Videatur &
Turneb. l. b. XXIII. Adversar. cap. 29.
6. *Ita enim audiebam.* Ita ex conjectura restituit Manutius, cum
animadvertisset: Bessarionis codicem pro vulgato, *mediaber*, habere;
mediabam.
7. *Dymazos agro pullos.* Locum hunc veterum codicum auxilio corre-
xit Victorius. prius legebatur, *Dymazos agro pullos*. Iunius hoc totum
sic distinguit ex m. s. uno: *Dym. agro p. m. i. habere. nimirum videndum*
est, &c.
8. *ὅτι ὁμοπλοῖα Bruti.* In societate navigandi. Lecti hæc est
veterum librorum, teste Victorio: antea ferebatur, *ὅτι ὁμοπλοῖα*
Bruti, &c.

9. *Haud arma.* Ex Crusellino est, vulgò, *ad arma*.
10. *Sine bello civili.* Manutius ex conjectura, & Vrsinus ex m. s. le-
gunt, *non sine bello civili*.
11. *ἄλλο πολὺς.* Nugæ multæ.
12. *De ccc.* Ita Cruselli. Tornæli. verò ita refert, *de cccc*.
13. *Ovius enim recens: is multa.* Sic Turnebus d. cap. 29. si que item
deinde Lambinus ex Tornæli. emendavit, quam lectionem etiam edi-
dit Crusell. Vrsinus ait m. s. unum habere, *obvius*, pro, *Ovius*: vulgata
habent, *Ovius enim recensens multa*.
14. *In mandatis sat abundè.* Hoc totum, *in mandatis sat abundè*, sive
ut habet Tornæli, *si abundè*, delendum censet Lambinus, ut alienum
& suppositum.
15. *Ἐπ' ἄλλο πολὺς præbere id est minutatim.* Ita Victorius cum Ger-
manis emendavit; quidam pro, *γλιχρῶς*, reposuerunt *κατακτε-
ρατικῶν*. Ceterum Manutius putat hæc verba, *id est minutatim*, vel
minutatim; quæ ut est in vulgatis, esse glossema.
16. *Decumano.* Vulg. *De Cumano*.
17. *Equisiter.* Vulg. *equisiter*.
18. *Moderabere.* Vulg. *moderabere*.
19. *Alteram à Bruti.* Ita ex Cruselli. legendum: præpositio, à de-
est in vulgatis.
20. *Ut esset qui Hortensio: & quia Equiribus.* Bosius hæc ex Tornæli.
& Cruselli. vulgò, *ut esset qui Hortensio: & quia Equiribus*. Iunius ex
conjectura & iudicio suo sic se restituisse gloriatur, *ut esset qui Horten-
sio: & ceteribus*.
21. *cccc.* Vulg. *ccc.*

re rescribamus; 2 loqui cum eo, si videbitur, poteris eum commadum nostrum exspectare debere, cum tanta sit a nobis factura facta juris. Sed amabo te, mi Attrice (videsne quam blandè?) omnia nostra, quoad eris Romæ, ita gerito, regito, gubernato, ut nihil a me exspectes, quamquam enim reliqua satis apta sunt ad solvendum; tamen sit (spe, ut ii, qui debent, non respondeant ad tempus. si quid ejusmodi acciderit, ne quid tibi sit fama mea potius non modo versura, verum etiam venditione, si ita res coget, nos vindicabis. Bruto tuæ litteræ gratæ erant, sui enim apud illum multas horas in Nefide, cum paulo ante tuas litteras accepissem, delectari mihi Tereo videbatur, & habere majorem Accio, quam Antonio, gratiam, mihi autem 3 quolatiores sunt eo plus stomachi & molestiæ est, populum Romanum manus suas non in defendenda Rep. 4 sed in plaudendo consumere. mihi quidem videntur istorum animi incendi etiam ad representandam improbitatem suam sed tamen, dum modò dolent aliquid, doleant quilibet. Consilium meum quòd ais quotidie magis laudari; non molestè ferro; exspectabamque, si quid de eo ad me scriberes, ego enim in varios sermones incidebam quin etiam idcirco trahebam ut quam diutissimè integrum esset. 5 sed quoniam *fiorella* extudimur, Brundisium cogito, facilior enim & exploratio devitatio legionum fore videtur, quam piratarum, qui apparere dicuntur. Sestius vi. Idus exspectabatur, sed non venerat, quod sciam. Cassius cum classica sua venerat, ego cum eum vidißem 6 v. Kal. in Pompejanum cogitabam, inde 7 Herculanium, nostri reliqua. De Tutia ita putaram. 8 De Abutio, non credo nec tamen oro plus, quam tu. Planco, & Oppio scripsi equidem, quoniam rogatas: sed, si tibi videbitur, ne necesse habueris reddere, cum enim tua causa fecerint omnia; vereor, ne meas litteras supervacaneas arbitrentur. Oppio quidem utrique: quem tibi amicissimum cognovi. 9 verum ut voles. Tu quoniam scribis hiematurum te in Epiro, feceris mihi gratum, si ante eò veneris, quam mihi in Italiam te auctore 10 veniendum sit, litteras ad me quam sapissimè, 11 si de rebus minus necessariis aliquid nactus, in autem erit quid majus, domo mittit. *Hæc de Brundisium salvi, adoricemur de gloria.* mihi tibi custodias igitur, ut soles: (sed notentur eclogarii) quos Salvius, bonos auditores, nactus, in convivio duntaxat legat, mihi valde placeant; malle tibi. Etiam atque etiam vale.

CICERO ATTICO, S.

Tu vero sapienter, nunc demum enim rescribo his litteris, quas mihi misisti, convento Antonio Tiburti. sapienter igitur, quòd manus dedisti, quòdque etiam ultro

gratias egisti, certè enim, 12 quod scribis, deferemur potius à Rep. quam à re familiari. 13 quod vis scribis te 14 magis & magis delectari, 15 *o TITE SI QUID EGO.* addis mihi scribendi alacritatem. Quòd Erotem non sine munusculo 16 exspectare dicis; gaudeo non sefellisse eam rem opinionem tuam; sed tamen idem *mulorum* mihi ad te retractatus, & quidem *epistolarum* ipsum, crebris locis inculcatum & refectum, hunc tu tralatum in macrocolum 17 lege arcano convivis tuis: sed, si me amas, *hilari, & bene acceptu;* ne in me stomachum erumpant, cum sint tibi irati. De Cicero, velim ita sit; ut audimus. De Xenone, coram cognoscat: quamquam nihil ab eo arbitror neq; indiligenter, neque illiberaliter. 18 De Herode faciam, ut mandas: & ea, quæ scribis, ex Saufejo, & Xenone cognoscam. De Q. filio, gaudeo tibi meas litteras prius a tabellario meo, quam ab ipso, redditas: 19 quamquam te nihil sefellisset, verum tamen, sed exspecto, quid ille tecum, quid tu vicissim: nec dubito, quin suo more uterque, sed eas litteras Curium mihi spero redditurum: qui quidem, etsi per se est amabilis, à meque diligitur; tamen accedit magnus cumulus commendationis tue. Litteris tuis satis responsum est. nunc audi, quod, etsi intelligo scribi necesse non esse, scribo tamen. Multa me movent in discessu, in primis mehercule, quòd dijungor à te. movet etiam navigationis labor, alienus non ab ætate solium nostra, verum etiam à dignitate; tempusque discessus *subalsardum*, 20 relinquimus enim pacem, ut ad bellum revertamur; quodque temporis in prædiolis nostris, & bellè adificatis, & satis amcenis consumi potuit, in peregrinatione consumimus, consolantur hæc, aut prodicimus aliquid Cicero: aut, quantum profici possit, judicabimus deinde tu jam, ut spero, & ut promittis, aderis. quod quidem si acciderit, omnia nobis erunt meliora. Maxime autem me angit ratio reliquorum meorum: quæ quamquam explicata sunt: tamen quòd & Dolabella nomen in iis est, 21 & attributione mihi nomina ignota, conturbor: nec me ulla res magis angit ex omnibus, itaque non mihi videor errasse, quòd ad Balbum scripsi apertius, ut, si quid tale accidisset, ut non concurrerent nomina, subveniret; meque tibi etiam mandasse, ut, si quid ejusmodi accidisset, cum eo communicares: quod facies, si tibi videbitur, eoque magis, si proficisceris in Epirum. Hæc ego confidens è Pompejano tribus afluariolis, decem scalmis. Brutus erat in Nefide etiam nunc, Neopoli Cassius. Equid amas Dejotarum, & non amas 22 Hieram? qui, ut Biesamius venit ad me; cum ei præscriptum esset ne quid sine 23 Sexti nostri sententia ageret; neque ad illum, neque ad quemquam nostrum retulit.

1. Rescribamus. Vulg. rescribamus.
 2. Loqui cum eo, si videbitur, poteris. Sic Victorius, proximè veterem scripturam, prius legebatur, *quis quidem ita si tibi videbitur patri.*
 3. Quæ laeva sunt. Vulg. quæ laeva sunt.
 4. Sed in plaudendo consumere. Ita Germani, Lambinus & Bosius ex mss. suæ ediderunt: Victorius tamen mavult vulgatam, *laudando*, quia illud in multis suis codicibus reperiri ait.
 5. Sed quoniam *fiorella* extudimur. Lambinus primus ita ex Tornæsi emendavit, sic etiam legitur in Cruselli. vulgatum illud, quoniam *Evra* *villa* extudimur, est Victorius conjectura. mss. codices habent, *suas illas* vel *seras illas*.
 6. V. Kal. Potius legendum videretur Manutio, *V. Idus*: repugnans tamen antiquis libris, nihil mutat.
 7. Herculanium. Ita conjectat Manutius: vulg. *Aculeum*.
 8. De Abutio. Est à Tornæsi & Cruselli. ex aliis codicibus, *De C. Jeticis*.
 9. Verum ut voles. Tu. Aliter vulgò distinguitur, *ut voles tu. Quoniam*, &c.
 10. Veniendum sit. Vulg. veniendum est.
 11. Si de rebus. Reposuitur ex Tornæsi & Cruselli. Bosius, alii, *sed de rebus*.
 12. Hæc de Brundisium salvi. A vulgari abelli particula, *f*.
 13. Quod vis scribis. Ante Victorium legebatur, *quod vis scribis* *meo*.

scribis, ille duas illas voces, sine munusculo, nullo spuria, ejecit.
 14. Te magis & magis delectari. Auctor Bosio fuit Crusellinus, ut ita edidit: vulg. *et magis delectari*.
 15. O TITE SI QUID EGO. Primum Victorius pro, *stis*, reposuit, à Tero, deinde Manutius pro, *si quid ego*, vel, *si quid ego*, rescriptit *si quid ego*. Edidit Lambinus habet, *o TITE SI QUID EGO, si quid ego, ad tu mihi*, &c. pro hoc Victorius codex non habet vocem, *adda*. Consulatur & Turnebus lib. xxxiii. cap. 19.
 16. Exspectare te dicis. Vulg. exspectare te dicis.
 17. Lege arcano convivis tuis. Ita Curtius pridem legendum esse docuit, & lectio hæc confirmatur auctore mss. Bessarionis & Tornæsi. Lambinus mavult vulgatam, in *Arcano*.
 18. De Herode. Vulg. de Herode.
 19. Quamquam te nihil sefellisset, verum tamen, si exspecto. Ita restituit Victorius: antea aberat particula, *sed*; & legebatur *veramantem* *exspecto*.
 20. Relinquimus. Vulg. relinquimus.
 21. Et attributione mihi nomina ignota. Hæc est veterum librorum lectio. Manutius & alii quidam legunt, & attributione *est* mihi nomina ignota.
 22. Hieram. Manutius & Victorius ita conjiciunt, mutare tamen non audent mss. & vulgati codices habent, *Evram*.
 23. Sexti. Vulg. sexti.

reult. Atticam nostram i cupio absentem suaviari: ita mihi dulcis salus visa est, per te, missa ab illa. referes igitur ei plurimam, itemque Pilia dicas velim.

CICERO ATTICO, S.

4 **I**TA ut heri tibi narraui, vel fortasse hodie (Quintus enim altero die se aiebat) in Nefida vixi. Idus tibi Brutus, quam ille doluit de Nonis Iulius mirifice est conturbatus. itaque sese scripturam aiebat, ut venationem etiam quæ postridem ludos Apollinarios futura est, proscriberent, 111. 12. QVINT. Libo intervenit. Is Phisonem, Pompeii libertum, & Hilarum i suum libertum venisse à Sexto cum litteris ad Consules, sive quo alio nomine sunt. earum exemplum nobis legit, 2 dixi quid videretur: pauca 3 *ἀπολογίαι*: ceteroqui & satis graviter, & non contumaciter, tantum addi placuit, quod erat, *COSS.* solum, ut esset, *PRÆT. TRIB. PLEB. SEN. ATUI*; ne illi non proferrent eas, 4 quæ ad ipsos missæ essent. Sextum autem 5 nuntiant cum una solum legione fuisse Kartagine: eique eo ipso die, quo 6 oppidum Boream cepisset, 7 nuntiatum esse de Cesare: capto oppido, miram lætitiā, commutationem animorum, concursumque undique: sed illum ad sex legiones, quas in ulteriore reliquisset, revertisse. ad ipsum autem Libonem scripsit, nisi esse, nihil ad larem suum liceret, summa postulatorum, ut omnes exercitus dimittantur, qui ubique sint. Hæc fere de Sexto. De Bathronis undique quærens, nihil reperiebam. alii, concisos agripetas; alii, Plancum, *acceptum nummi*, relictis illis, au fugisse. itaque non video scitum me, quid ejus sit: ni statim aliquid litterarum. Iter illud Brundisium, de quo dubitabam, sublatum videtur, legiones enim adventare dicuntur; hæc autem navigatio habet quasdam suspiciones periculi. itaque constituēbam uti *ἀπολογία*, paratorem offendi Brutum, quam audiebam. nam & ipse Domitius bona plene habet diciora: suntque navigia præterea luculenta Sestii, Bruciani, ceterorum, nam Cassii classem, quæ plene bella est, non numero ultra fretum. illud est mihi submolestum, quod parum Brutus *properans* videtur, primum confectorum ludorum nuntios expectat: deinde, quantum intelligo, tarde est navigatorum, consistens in locis pluribus; tamen arbitror esse *COMMODIVS* tarde navigare, quam omnino non navigare: etsi, cum processerimus, exploratiora videbuntur; 8 Etesis utemur.

CICERO ATTICO, S.

5 **T**UAS jam litteras Brutus expectabat: cui quidem ego non novum attuleram de Tereō 9 Attii. ille Brutum putabat. sed tamen rumoris nescio quid afflaverat, commissione Græcorum, frequentiam non fuisse; 10 quod quidem me minime fecellit. scis enim, quid ego de Græcis

ludis existimem, nunc audi quod plaris est, quam omnia. Quintus fuit mecum dies complures: & si ego cuperem, ille vel plures fuisset: sed quantum fuit, incredibile est, quam me in omni genere delectarit: in eoque maxime, in quo minime satisfacerebat. sic enim 11 commutatus est rotis & scriptis meis quibusdam, quæ in manibus habebam, & assiduitate orationis, & præceptis, ut tali animo in Kemp. quali nos volumus, futurus sit, hoc cum mihi non modo confirmasset, sed etiam persuasisset, egit mecum accuratè multis verbis, tibi ut sponderem, sed dignum & te, & nobis futurum; neque se postulare, ut statim crederes: sed, cum ipse *perplexisset*, tum ut se amares, quod nisi fidem mihi fecisset, judicassetque hoc, quod dico, firmum fore; non fecissem id, quod dicturus sum. duxi enim mecum adolescentem ad Brutum. sic ei probatum est, quod ad te scribo, ut ipse crederet; me sponsolem accipere noluerit: eumque laudans amicissimè mentionem tui fecerit: complexus, osculatusque dimiserit, quamobrem etiam magis est, quod gratuler tibi, quam quod te rogem, tamen etiam rogo, ut, si quæ minus antea propter infirmitatem ætatis constantè ab eo fieri videbantur, ea iudices illum abjecisse; mihi que credas, multum allaturam, vel plurimum potius, ad illius iudicium confirmandum, auctoritatem tuam. 12 Bruto cum sæpe injecissem de *ἀπολογία*, non perinde, atque ego putaram, 13 arripere vilis est. existimabam 14 *μυστερότερον* esse: & hercule erat, & maxime de ludis, at mihi, cum ad villam redissem, Cn. Lucejus, qui multum vitur Bruto, narrauit, illum valde morari, non tergiversantem, sed expectantem, si qui forte casus. itaque dubito, an Venusiam tendam, & ibi 15 expectem de legionibus: si aberunt, ut quidam arbitrantur, Hydruntem: si neutrum erit *ἀσφαλές*, eodem revertar. joeari me putas? moriar, si quicquam me tenet præter te. etenim circumspice: sed ante erubescio. 16 O dies in auspiciis Lepidi lepidè descriptos, 17 & aptè ad consilium reditus nostri. magna *ἐπισημή* ad proficiscendum tuis litteris, atque 18 utinam te illic. sed ut conducere putabis. Nepotis epistolam expecto, 19 cupidus ille meorum, qui ea, quibus maxime 20 *γυμνάσιον*, legenda non putet? & ais *μὴ ἀμύμονα*, tu verò *ἀμύμονα*: ille quidem *ἀμύμονος*. Mearum epistolarum nulla est *συναγωγή*: sed habet Tiro instar septuaginta. & quidem sunt a te quædam sumendæ. eas ego, oportet, perspiciam, corrigam, tum denique edentur.

CICERO ATTICO, S.

21 **E**GO adhuc perveni enim 22 Vibonem ad Sicam) magis commode, quam strenuè navigavi: remis enim

R r r

magnam

1. Cupio absentem suaviari.) Ex fide Tornæi & Cruselli. vocabulum, absentem, addidit Bofius, quum id à vulgari is abesset.

2. Suum libertum venisse.) A vulgari abest vox, *liberum*.

3. Dixi quid videretur.) Ite erat in Tornæi & Cruselli. vulgo, si quid videretur.

4. Qua ad ipsos missa.) Vulg. qua ad seipset.

5. Nuntiant.) Vulg. nuntiavit.

6. Oppidum Boream.) Boreum, vel Borium, legendum esse ait Iunius.

7. Nuntiatum est.) Vulg. nuntiatum est.

8. Etesis utemur.) Mss. *estis*, unde rectè Corradus & Iambinus, reposuerunt, *Etesis*. Victorius legebat, *et testis utemur*, quod vulg. receptum. tuerit quod illud *Etesis* Dauisquejes, tanquam omnino postulet temporis ratio.

9. Attii.) Vulg. *Attii*.

10. Quo quidem me.) Bofii omnes codd. sic habent, vulgati quæ quidem.

11. Commutatus est.) Vulg. *communicatus est*.

12. Bruto cum sæpe injecissem de *ἀπολογία*.) Victorius sic restituit ex antiquis libris. Antè eum exæsi, *sem* habebant.

13. Arripere.) Ita Victorius emendavit: prius *accipere*.

14. Expectem de legionibus: si aberunt, ut quidam.) Et hæc emendatio est Victorii veteribus libris adjuncta. antea legebatur, *De legionibus fuerunt ut quidam arbitrantur, &c.*

15. O dies in auspiciis Lepidi lepidè descriptos.) Faënus, Iambinus & Bofius ex mss. restituerunt vocem, *lepidè*, quæ à vulgari aberat.

16. Et aptè.) Vulg. *et apte*.

17. Veniam te illic.) Mss. Victorii, *illuc*, non *illu*, ut antea, vulgabatur.

18. Cupidus ille meorum.) Et hoc est à Victorio, antea, *cupidus ille meorum*.

19. *Γυμνάσιον*.) Exulto.

20. *Μὴ ἀμύμονα*.) Post expertem culpæ.

21. Ergo adhuc.) Vocem, *videb*, hæc superfluum rejecit Victorius.

22. Vibonem ad Sicam.) Contra veteres libros sic restituit Manutius, cum legeretur, *et Sicam*: vulgati scribant ubique, *Sicam, Sica, Sicam, &c.*

magnam partem : prodromi nulli. illud satis oportune: duo sinus fuerunt, quos tramitti oportet, Pæstanus, & Vibonensis: utrumque pedibus, equis, transmisimus. veni igitur ad Sicam octavo die è Pompeiano, cum unum diem Velix conlitissem: ubi quidem fui sane libenter a apud Talam nostrum: nec potui accipi. illo absente præsertim, liberalius. 1 x. Kal. igitur ad Sicam. ibi tamquam domi mea scilicet. itaque obduxi posterum diem. sed putabam, cum Rhegium venissem, fore, ut illic. *ἄλλοτε πολλὸν ὁρμώοντες*, cogitarem, corbitane Patras, an ætuariolis 4 ad Leucopetram Tarentinorum, a& inde Corcyram: & si oneraria, statimne freto, an Syracusis. hæc super te scribam ad te Rhegio. Mehercule, mi Attice, sæpe tecum, *ἢ ἄλλοτε ὄδῳ σοι πὶ δυνάμει*; cur ego tecum non sum? cur, ocellos Italiae, villulas meas non video? 6 sed id satis superque, 7 tecum me non esse? quid fugientem? periculumne? id nunc quidem, nisi fallor, nullum est. ad ipsum enim revocat me auctoritas tua. scribis enim in calum ferri protectionem meam, sed ita, si ante Kal. Jan. redeam: quod quidem certe enitar. malo enim vel *aut timore domi esse*, quam sine timore Athenis tuis. sed tamen prospice, quò ista vergant: mihi que aut scribe, aut quod multò malim, asseri ipse. hæc hæcenus. Illud velim in bonam partem accipias, me agere tecum, quod tibi majori curæ sciam esse, quam ipsi mihi. nomina mea per deos, expedi, exsolve: & bella reliqua reliqui. sed opus est diligentia, coheredibus pro Cluviano Kal. Sext. perolutum ut sit. cum Publio quo modo agendum sit, videbis. non debet urgere, quoniam juren non utimur, sed tamen ei quoque satisfacere plane volo. Terentiz vero, quid ego dicam? etiam ante diem, si potes. quin, si, ut spero, celeriter in Epirum; hoc quod satisdato debeo, peto à te, ut ante provideas, planeque expedias, & solutum relinquant. sed de his satis; metuoque, ne tu nimium putes nunc negligentiam meam cognosce. *De gloria* librum ad te misi: 9 at in eo proœmium id est, quod in Academico tertio. id evenit ob eam rem, quòd habeo volumen proœmium. ex eo eligere soleo, cum aliquod *σὺν ἑσπερμῶν* institui. itaque jam in Tusculano, qui non meministi me ab usum isto proœmio, conieci id in eum librum quem tibi misi cum autem in navi legerem Academicos, agnovi exaratum meum. itaque statim novum proœmium exaravi; tibi misi. tu illud desecabis, hoc agglutinabis. Piliæ salutem dices, & Atticæ, deliciis atque amoribus meis.

CICERO ATTICO, S.

V. III. 1 D. Sext. cum à Leucopetra profectus (inde enim tramittebam) stadia circiter ccc. processissem,

refectus sum austro vehementi ad eandem Leucopetram. ibi cum ventum expectarem (erat enim villa Valeri nostri, ut familiariter essem, & libenter) Rhegiæ quidem, illustres homines, eò venerunt, Roma sanè recentes: in iis Bruti nostri hospes, qui Brutum Neapoli reliquisset. hæc afferebant edictum Bruti, & Cassii; & fore frequentem Senatam Kal. 10 à Bruto & Cassio litteras missas ad Consulares, & Prætorios; ut adessent, rogare summam spem nuntiabant, fore, ut Antonius cederet, res conveniret, nostri Romam redirent. addebant etiam, 11 me desiderari, subaculari. quæ cum audissem, sine ulla dubitatione abjeci consilium protectionis; quo mehercule ne antea quidem delectabar. lectis verò tuis litteris, admiratus equidem sum, te tam vehementer sententiam commutasse; sed, non sine causa, arbitrabar. 12 et si, quamvis non fueris suavor & impulsor protectionis meæ, approbator certe fuisti, dummodo Kal. Jan. Romæ essem; approbator ut, dum minus periculi videretur, abessem, in flammam ipsam venirem. sed hæc, etiam si non pruderet, tamen 13 *ἀνεμίση* sunt; primum, quòd de mea sententia acta sunt; deinde, etiam si te auctore, QUID DERET, qui consilium dat, præstare præter fidem? Illud admirari satis non potui, quòd scripsisti his verbis: 14 *VENI IGI TUR TU, QUI ΕΥΘΑΝΑΣΙΑΝ*: VENI; RELINQUE PATRIAM? An ego relinquebam, 15 aut tibi tum relinquire videbar? tu id non modò 16 non prohibebas verum etiam approbas. graviora, quæ restant, *VELIM Σχολίων* ALIQUOD ELIMES AD ME, OPORTUISSE TE ISTUC FACERE. Ita ne mi Attice, defensione eget meum factum, præsertim apud te, qui id mirabiliter approbasti? ego verò istum 17 *ἀπλογοσμήν σου ἔξομῶν*, sed ad eorum aliquem, quibus in vitis & dissuadentibus profectus sum; et si quid jam opus est *ἀπλογοσμήν* si perseverassem, opus fuisset. at hoc ipsum non conitauer. NEMO doctus unquam (multa autem de hoc genere scripta sunt) mutationem consilii, inconstantiam dixit esse. deinceps igitur hæc. 18 *NAM SI À PHÆDRO NOSTRO, EXPEDITA EXCUSATIO ESSET. NUNC QUID RESPONDEMUS?* Ergo id erat meum factum, quod Catoni probare non possim, flagitii scilicet plenum, & dedecoris utinam à primo ita tibi esse visum, tu mihi, sicut esse soles, fuisses Cato. Extremum illud vel molestissimum. *NAM BRUTUS NOSTER SILET*: hoc est, non audet hominem id ætatis monere; aliud nihil habeo, quod ex iis à te verbis significari putem; & hercule ita est. Nam XVI. Kal. Sept. cum venissem Veliam, Brutus audivit: erat enim cum suis navibus 19 apud Heletem fluvium circa Veliam millia passuum 111. Pedibus

1. *Utrumque pedibus, equis, & transmisimus.* Carro lib. 1. Emen dat. cap. 15. ad hæret Toroziano Lambin libro scripto, in quo *ἄλλοτε ὄδῳ σοι πὶ δυνάμει*, pedibus equis tramitti. ut pedes scilicet pro equis fuerint. Donsque non displicebat, pedibus equis, ut libro il. AENEID. *ἄλλοτε ὄδῳ σοι πὶ δυνάμει*, nisi malimus, pedibus equis.
 2. *Apud Talam nostrum, & statim, legere mavolt Vrsinus.*
 3. *Patras, ut illic, ἄλλοτε ὄδῳ σοι πὶ δυνάμει.* Longam navigationem molientes. Verba Græca, ab Homero sumpta quæ hic deestant restituerant: pr. mi Germani, deinde illos sequuntur V. Cætorus.
 4. *Ad Leucopetram Tarentinorum, a& inde.* Junius dicit se legere ex-tonjectura, ed. l. in Tarentinorum, atque, Græ. Lambinus etiam, pro *a& inde* legit, atque inde.
 5. *H' ἄλλοτε ὄδῳ σοι πὶ δυνάμει.* Iter hoc susceperam, cui tibi unci nusi est?
 6. *Sed id satis superque.* Post *superque*, de hæc puncto memorandus est cursus orationis.
 7. *Tecum me non esse? quid fugientem? periculumne? id nunc quidem.* Praescribentibus Tornæi & Crusell. Ita ed deront Lamb. & Valus: vulgò, *tecum me non esse fugientem periculum.* Nec id nunc quidem, adeatur & Turnebus d. c. 29.
 8. *Bella reliqua reliqui.* Ita conceptus erat hæc locus in Tornæi & Crusell. à vulgari vox, reliqua, abest.
 9. *Acines.* Volg. Græ in ea.
 10. *à Bruto & Cassio.* Volg. à Bruto, Cassio.
 11. *me desiderari, subaculari.* In ml. Visini est, *me desiderari, subaculari.*
 12. *si perseverassem.* Visini liber, *utinam quantum non fuerit.*
 13. *ἀνεμίση.* Nulli reprehensioni obnoxia, nemini Romanum moventem.
 14. *Veni igitur tu qui εὐθανασίαν: veni: relinque patriam?* Vulgò, *hæc igitur tu, qui εὐθανασίαν, hæc, relinque patriam?*
 15. *Aut tibi tum relinquire.* Vetus liber Visini habet, *aut tibi cum relinquire.*
 16. *Prohibebas.* Vetus Visinæ codices, *prohibebat*, quod ille vitiosum esse contendit.
 17. *ἀπλογοσμήν.* Defensionem componam.
 18. *Nam si à Phædro nostro, expedita excusatio esset.* Junius ex mss. doctibus Palat. legit, *nam si à Phædro nostro esset, expedita. Græ.* Visini mss. habet, *etiam à Phædro nostro expedita esset, excusatio esset.*
 19. *Apud Heletem fluvium.* Ita legendum esse docuit V. Cætorus: Tullius tamen ait legendum esse, *freto*, ex duobus mss. Palat. Ceterum pro, *Heletem*, vulgò legitur, *Halsetem*.
 20. *Latius est effudit illa.* Aliter vulgò distinguitur, *latius effudit illa*.

bus ad me statim. dii immortales, quam valde ille reditu, vel potius reversione mea laxatus? effudit illa omnia, quæ tacuerat; ut recorderet illud tuum, *NAM BRUTUS NOSTER SILET*, maximè autem dolebat, me Kal. Sext. in Senatu non fuisse. Pisonem ferebat in cœlum: se autem laxari, quòd effugissem duas maximas vituperationes: unam, quam itinere faciendo me intelligebam suscipere, *desperationis*, 1 ac relictionis Reip. 2 (euntes mecum vulgo querebantur, quibus de meo celeri reditu non probabam) alteram, de qua Brutus, & qui unà erant, (multi autem erant) lætabantur, quòd eam vituperationem effugissem, me existimari ad Olympia hoc vero nihil turpius, quovis Reip. tempore: sed hoc, 3 *ἀναπρόληπτον*, ego verò austro 4 gratias miras, qui me à tanta infamia averterit. Reversionis has speciosas excusas habes, justas illas quidem, & magnas: sed nulla iustior, quam quod tu idem altis litteris: *PROVIDE*, 5 *SI CUI QUOD DEBETUR, UT SIT UNDE PARI PARI RESPONDEATUR. MIRIFICA ENIM ΔΥΣΠΡΟΔΙΑ ΕΣΤ ΠΡΟΠΤΕΡ ΜΕΤΥΜ ΑΡΜΟΡΥΜ*, in freto medio hanc epistolam legi, ut quid possem providere, in mentem mihi non veniret, 6 nisi ut præfens me ipse defenderem. Sed hæc hæcenus. reliqua coram. Antonii edictum legi à Bruto, & horum contra, scriptum præclare, sed quid ista edicta valeant, aut quòd ipecent, planè non video: nec ego nunc, ut Brutus censebat, istuc ad Kemp. capeffendam venio. quid enim fieri potest? num quis Pisoni est assensus? num rediit ipse postredie? sed ab esse hanc ætatem longe à sepulchro negant oportere. Sed obsecro te, quid est quod audivi de Bruto? Piliam 7 *παιδίον* 8 *ἔδωκεν ἡδύλοτον*, te scripsisse ajebat. valde sum commotus: etiam idem, te scribere, sperare melius ita planè velim. 9 ei dicas plurimam salutem, & suavissimæ Atticæ. Hæc scripsi navigans, cum Pompejanum accederem, XIII. KAL.

CICERO ATTICO, S.

2 CUM sciam, quo die venturus sim, faciam, ut scias. Impedimenta expectanda sunt, 9 quæ Anagnia veniunt: & familia ægra est. Kal. vesperi litteræ mihi 10 ab Octaviano, magna molitur veteranos, 11 qui qui Casilini, & Calatiz sunt, perduxit ad suam sententiam: *non mirum*: 12 quingenos denarios dat: cogitat reliquas colonias obire. planè hoc spectat, ut se duce bellum geratur cum Antonio. itaque video paucis diebus non in armis fore, quem au-

tem sequamur? vide *nomen*: vide *atque*: atq; à me postulat, primum ut clam colloquatur mecum, vel Capuz, 13 vel nō longè à Capua. puerile hoc quidem, si id putat clam fieri posse. 14 docui per litteras, id nec opus esse, nec fieri posse. misit ad me Cæcinam quandam Volaterranum, familiarem suum, qui hæc pertulit, Antonium cum legione Alaudarum ad urbem pergere, pecunias municipiis imperare, 16 legionem sub signis ducere, consultabat, utrum Romam cum 17 17 17 veteranorum proficisceretur, an Capuam teneret, & Antonium venientem excluderet; an iter ad tres legiones Macedonicas, quæ iter secundum mare superum faciunt, quas sperat suas esse. ex *congiarium* ab Antonio accipere noluerunt, ut hic quidem narrat, & ei convicium 17 grave fecerunt, concionantemq; reliquerunt. quid quæri? ducem se proficitur, nec nos sibi putat deesse oportere, equidem suasi, ut Romam pergeret. videtur enim mihi & plebeculam urbanam, & si fidem fecerit, etiam bonos viros secum habiturus. ô Brute ubi es? quantam *ἀναπρόληπτον* amittis? eon equidem hoc divinavi, sed aliquid tale putavi fore. Nunctuum consilium exquiro. Romamne venio, an hic maneo, 18 an Arpinum (*ἀσφάλειαν* habet is locus) fugiam? Romam; ne desideremur, si quid actum videbitur. hoc igitur explica, numquam in majore *ἀναπρόληπτον* fui.

CICERO ATTICO, S.

19 uno die mihi litteræ ab Octavio: nunc quidem, ut Romam statim veniam: velle se rem agere per Senatum: cui ego, non posse Senatam ante Kal. Jan. quòd quidem ita credo, ille autem addidit, *CONSILIO TVO*, quid multa? ille urget: ego autem 20 *σκήπτρον*, non confido *αὐτῷ*. ignoro, quo animo: nil sine Fanfa tuo volo. vereor, ne valeat Antonius: nec à mari discedere libet: & meuo, 21 ne quæ *ἀπρόληπτον* me absente. Varroni quidem displicet consilium pueri; mihi non. firmas copias habet: Brutum habere potest: & rem gerit *palam*: 22 centurias Capuz; dinumerat jam jamque video bellum. ad hæc rescribe. 23 Tabellarium meum Kalend. Roma profectum, sine tuis litteris, miro.

CICERO ATTICO, S.

24 VI. Kal. veni ad me in Sinuessim. eodem die, vulgo loquebantur, Antonium mansurum esse

Rxi 2 Casilini.

1. *Αναπρόληπτον* Reip. Ita restituit Beroaldus, cui adestipalatur Manutius: Victorius sequi non audeat, moneretque quis videat an legi possit, *restitutionis* Reip. vulgo *restitutionis*.
 2. *Evans mecum*.] Vulgo *Evans mecum* hic fluctuat Victorius, inclinat tamen in lectionem quam hic recipimus.
 3. *ἀναπρόληπτον*] Quod nullâ ratione defendi potest, quod definitione caret.
 4. *Gratias miras, qui me*.] Hic verbum, *gras*, quod in vulgatis legitur, sustulit approbante Bessacionis libro Manutius.
 5. *Provide*.] Victorius ita emendavit, cum antea legeretur *providet*.
 6. *Si cui quod*.] Vulgo *si cui quod*.
 7. *Nisi ut præfens*.] Ita mss. Bofius; ille tamen vulgatam lectionem, nisi quod præfens, non improbat.
 8. *Παιδίον ἔδωκεν ἡδύλοτον*.] Tenari paralyti, infestari syderatione, seu resolutione nervorum.
 9. *Ei dicas*.] Pronomen, *ei*, vulgò abest.
 10. *Quæ Anagnia veniunt*.] *Quæ Anagnia veniunt*, est in antiquo Vrsini.
 11. *Ab Octaviano magna*.] Vulgo *ab Octaviano reddita sunt magna*.
 12. *Qui qui Casilini*.] Vulgo *qui qui Casilini*, quod & ejiciendum putabat litteris, ad Gruterum Daquejus, subit. toto altero.
 13. *Quingenos*.] Ita Victorius: correxit: prius legebatur, *quingentes*.
 14. *Ut non longè à Capua*.] Verba hæc à Tornæi & Crusell, restituit Bofius, quæ à vulgatis aberant.

15. *Duci per litteras*.] Vulgo *duci per litteras*.
 16. *Legionem sub signis ducere*.] Ita librorum suorum fide cum Manutio reposuit Bofius: vulgò, *sub signis, etc.*
 17. *Grave*.] Vulgo *grave*.
 18. *An Arpinum (ἀσφάλειαν habet is locus) fugiam? Romam; ne desideremus*.] Vulgo *ἀσφάλειαν habet is locus? fugiam Romam, etc.* quod Victorius corruptum agnoscit, sed remedium adhibere se non posse facit: verum admonet veteres codices pro *fugiam*, habere, *fugiam*, quod etiam monuit Manutius. Lambinus, *ἀσφάλειαν habet is locus capie Romam; vel ἀσφ. b. l. fuga an Romam, ne*.
 19. *Uno die mihi litteræ ab Octavio*.] Vulgo *in die mihi litteræ ab Octavio*.
 20. *σκήπτρον*.] Tergiverfor, caulus nectro. Vulgo *σκήπτρον*.
 21. *Ne quæ ἀπρόληπτον*.] h. e. præclarum facinus.
 22. *Centurias Capuz: dinumerat*.] Hæc est Victorii emendatio ex veteribus libris, prius legebatur, *centurias Capuz dinumerat*.
 23. *Tabellarium meum*.] Hoc vulgo principium alius epistolæ.
 24. *VI. Kal. veni ad me in Sinuessim*.] Victorius & Manutius pridem monuerunt ita legi, in mss. nisi quod vocis, *Kal.* non meminissent, quam Bofius in suis repertam hic restituit.

Casilini. Itaque mutavi consilium: statueram enim recta Appia Romam. facile me ille esset assecutus. ajunt enim eum; Caesarina uti celeritate verti igitur me ad Minturnis Arpinum versus. constitueram, ut 12. Idus aut Aquini manerem, aut in Arcano. nunc mi Attice, tota mente incumbere in hanc curam. magna enim res est. tria sunt autem, maneamne Arpini, an propius accedam, an veniam Romam. quod censueris, faciam. sed quamprimum avide exspecto tuas litteras. VI. Idus mane in Sinuessano.

CICERO ATTICO, S.

NONIS accepisti te duas epistolas: quarum alteram Kal. Noveras, alteram pridie. igitur prius ad superiorem. Nostium opus tibi probari laetor: 2 ex quo *ἀπὸν* ipsa posuisti, quae mihi florentiora sunt visa tuo iudicio. carulas enim tuas *miniaturus* illas extimescebam. De Sica ita est, ut scitabis; 3 ad te, æge me tenui. itaque perstringam sine ulla contumelia Sica 4 aut Septimia: tantum, ut sciant *παίδες* *παίδων* sine *ὄδω* Lucilliano, cum ex C. Fadii filia liberos habuisse: atque utinam eum diem videam, cum ista oratio ita liberè vagetur, ut etiam in Sica domum introeat. sed illo tempore opus est, quod fuit illis Triumviris. moriar, 6 facere nisi tu verò leges Sexto, ejusque iudicium mihi perscribes. 7 *εἰς ἑμὲ μύρια*. Caleni interventum, & Calvenæ cavebis. Quod veteris, ne 8 *ἀδελφῶν*: mihi tu? quis minis? cui, ut Aristophani Archilochi jambus, sic epistola longissima quaque *ἐπιμα* videtur. Quod me admones; tu verò etiam si reprehenderes, non modo facile paterer, sed etiam latarer: quippe cum in reprehensione est prudentia cum *ἀδελφῶν*, ita libenter ea corrigam, quae te anima diversa sunt, *ἐὸν δὲ μὲν ἴσθαι*, *ὄνομα ῥωμαίων* potius, quam *ὄνομα Σκιπίωνος*; & de laudibus Dolabellæ 9 derisum cumulum, attamen est isto loco bella, ut mihi videtur, *ἐπιμα*, quod cum 10 ter contra cives in acie. illud etiam malo, 11 *ἰνδὶ γνῶσις μὲν ἐστὶν ἄνευ βίβης* quàm, *ὄνομα ἰνδῶν*? *Περὶ ἄλλο* *ὄνομα* Varro nis tibi probari non moleste fero: à quo adhuc 12 *ἠὲ καὶ ἄλλο* illud non abstuli. Quod me hortaris ad scribendum; amice tu quidem, sed me scito agere nihil aliud. Gravado tua mihi molesta est. quæso adhibe, quam soles, diligentiam. 13. O TIRE, tibi prodesse laetor.

- 1. Caesarina.) Vulg. Caesina.
- 2. Ex quo ἀπὸν ipsa.) Lambinus ita emendavit: vulgò vitiosè legitur, ex quo ἀπὸν ipsa.
- 3. ἄγχι, æge me tenui.) Ita Bosius ex veteribus libris, qui habent, ἀγχι ἢ ἐγγύς Lambinus legit, à Fadia ἐγγύς με tenui. Iunius ait mss. uno consensu habere, ἄγχι ἢ ἐγγύς με tenui. Verus lectio erat, ἄγχι ἢ ἐγγύς, quam vitiosam agnoscit Victorius: quidam legunt, ἀπὸν ἄγχι. Sic alii, à Septimio alii aliter.
- 4. Aut Septimia.) Vulgò & Septimia.
- 5. Sine ὄδω Lucilliano.) h. e. nugis, garrulitate. Conjectura Bosii ex corrupta (sorum scriptura, quæ est sine ulla Lucilliano. Victorius ediderat, sine ulla Lucilliano, quam antea legeret / s. Lucilliano. Iunius ait mss. Pal d'ingueret & legere, s. Lucilliano cum ex C.
- 6. Facere nisi tu.) Sic Bosius quem in Tornæz. reperisset, facere nisi tu legunt, nisi facere.
- 7. Eīs ἑμὲ μύρια.) Vnus mihi decem millia, unus mihi instar multorum millium. Ita Victorius emendavit. prius legebatur ἑμὲ μύρια.
- 8. Αδελφῶν.) In quæ. Partim ex conjectura, partim veteris scripturæ vestigia sequitur. Victorius verbum hoc Græcum quod desiderabatur reposuit. Germani ediderunt, δὲ ἀδελφῶν.
- 9. Δολabella.) Vulg. Dolabella.
- 10. Τὸ ῥωμαίων ὄνομα.) Placet hæc lectio Manutio, præsertim cum ipse. Victorius in mss. suis scriptum repererit, ῥωμαίων ὄνομα; vulg. adverbium: ita deest.
- 11. ἰνδὸν γνῶσις μὲν ἐστὶν ἄνευ βίβης.) Ita Tornæz. & Crusell. & præfert etiam Lambinus vulgò illi, ἰνδὸν γνῶσις.
- 12. Περὶ ἄλλο ὄνομα.) Pophi descriptionem.
- 13. ἠὲ καὶ ἄλλο ὄνομα.) Illis simile, quæ Heracleides Ponticus scripsit:

Anagnini sunt, Mustela *καξίαιος*, & Laco, qui plurimum bibit. Librum, quem togas, perpoliam, & mittam. Hæc ad posteriorem. 14 *Τὸ ἄλλο ὄνομα*. quatenus Panzsius, 15 absolvi duobus: illius tres sunt. sed cum initio divisisset ita tria genera exquirendi officii esse; unum, cum deliberemus, honestum, an turpe sit; alterum, utile, an inutile; tertium, cum hæc inter se pugnare videantur, quo modo iudicandum sit: qualis causa Reguli; redire honestum, manere utile: de duobus primis præclare differuit; de tertio pollicetur 16 se deinceps; sed nihil scripsit. cum locum Polidonium persecutus. ego autem & eius librum acceperivi, & ad Athenodorum Calvum scripsi, ut ad me *πὸ κεφάλαια* mitteret, 17 quæ exspecto: quem velim cohortere, & roges, ut quamprimum. 18 in eo est *ἀπὸν ὄνομα*. Quod de inscriptione quærit, non dubito quin *καξίαιος* officium sit, nisi quid tu aliud: sed inscriptio plenior, *DE OFFICIIS*, *καξίαιος* autem Ciceroni filio. 19 visum est non *ἀνοικέος*. 20 De Myrtio, dilucide. o qualeis tu sæper itos! 21 Itane in D. Brutum? dii istis. Ego me, ut scripseram, 22 in Pompejanum non abdidit, primò tempestatibus, quibus nil tetricius: deinde ad Octavianum quotidie litteræ, ut negotium susciperem, Capuam venirem, iterum Remptervarem; Romam utique statim.

23. *ἀλλὰ δὲ πρὸ ἀνδραδῶν*, deinceps d' ἰσοπέθεισται. is tamen egit iane strenue, & agit. Romam veniret cum manu magna: sed est planè puer. putat Senarum statim. quis veniet? si venerit, 24 quis incertis rebus, ostendet Antonium? Kalend. Jan. erit fortasse præsidio; aut quidem ante depugnabitur. pueri municipia mire favent. iter enim faciens in Samnium venit Cales, mansit Thesni: mirifica *ἀπάντησις*, & cohortatio. hoc tu putares? ob hoc ego citius Romam, quam constitueram. simul ac constitueram, scitabas. Etli nondum stipulationes legeram (nec enim Eros venerat) tamen rem pridie Idus velim conficias. Epistolas Catinam, 15 Tauromenium, Syracusas commodius mittere poterò, 16 si Valerius Interpres ad me nomina gratiosorum rescripserit, alii enim sunt alia, nostrique familiares ferè demonui. publice tamen scripsi, si uti vellet eis Valerius: aut mihi nomina mitteret. 27 De Lepidanis feriis Balbus ad me. Usque ad 111. Kalend. exspectabo.

- præclarum aliquid, quod quasi Heracleidis opus videatur.
- 14. O Tira tibi prodesse.) Victorius & Lambinus moment quosdam codd habere, *librum manu istum*, & Tiresed Lamb. has tres voces, *librum manu istum*, arbitratur esse ex annotatione notas, & ex ora libri in contextum inverteas.
- 15. Τὸ ἄλλο ὄνομα.) Quæ de officiis sunt, libris de officiis.
- 16. Αβσολὶ δὲ ἄνευ.) Man ait sic ita restituisse sensu postulante, repugnantes tamen veteribus libris in quibus legebatur, *absolvi*.
- 17. Se deinceps: sed nihil.) Vulg. se deinceps scripseram, sed nihil.
- 18. Quæ exspectat.) Ita Bosius veteres; Vict. & alii, quæ exspectat.
- 19. Ἴν εὐ ἑστὶν ἄλλο ὄνομα.) De officio, cui quædam adjecta est circumstantia. Iun. ait m. Pal. habere, *in eorum ἑστὶν ὄνομα*.
- 20. Ἴν εὐ ἑστὶν ἄλλο ὄνομα.) Alienum. Vocem hanc Græcam Germani prius, dein Vict. restituerunt.
- 21. De Myrtio.) Secundum Germanos etiam hæc commendatio debetur Vict. prius erat, *de M. Coelio*.
- 22. Ἴτανε ἢ D. Brutum ἄνευ βίβης.) Ita ex Cruf. scripsit Bos. vulgò, *itaane ἢ D. Brutum ἄνευ βίβης*. Man. totum hoc sic concepit, *Itane ἢ D. Brutum ἄνευ βίβης*.
- 23. Ἴν Pompejanum non abdidit.) Iam bhinc tollenda videtur negatio.
- 24. Αλλὰ δὲ πρὸ ἀνδραδῶν.) Veritas: quidem reculare, timuerunt autem accipere.
- 25. Quis incertis rebus.) Vulg. quis incertis in rebus.
- 26. Si Valerius Interpres.) Sic emendavit V. & partim ex conjectura, partim antiquæ lectionis vestigia sequens, quæ hæc est, *si Valerius Interpres* antea legebatur, *si Valerius Interpres*.
- 27. De Lepidanis feriis.) De Lepidano feriis.

spectabo tuas litteras: neque Torquati negotiolo stitutum puto. Quinti litteras ad te misi, ut scires, quam valde eum amaret, quem dolet a te minus amari. Atticæ, quoniam, quod optimum in pueris est, hilarula est, meis verbis suavius des. Vale.

CICERO ATTICO, S.

12 O PPII epistolæ, quia perhumana erat, tibi misi exemplum. De Ocella, dum tu imaginari, nec mihi quidquam rescribis, cepi consilium domesticum, itaque me pridie Idus arbitror Romæ futurum, commodius est visum, frustra me istuc esse, cum id non necesse esset, quam si opus esset, non adesse: & simul, ne intercluderem, metuebam, ille enim jam adventare potest: etsi varii rumores; multique, quos cuperem veros, nihil tamen certi, ego vero, quidquid est, tecum potius, quam animi pendeam, cum a te absim, & de te, & de me, sed quid tibi dicam? & πῶς μὲν enim. De Ἡρακλειδῆος Varronis, negotia falsa, me quidem nihil umquam sic delectavit, sed hæc, & alia majora coram.

CICERO ATTICO, S.

13 O CASVM mirificum! 3 vi. Idus cum ante lucem de Sinuessano surrexisset, venissetque diluculo 4 ad Pontem Tirenium, qui est Minturnis, in quo flexus est ad iter Arpinum, obviam mihi fit tabellarius, qui me offendit 5 & δολίχον πῶλον ἠρμολογῶσα, ego statim, cedo, inquam, si quid ab Attico, non dum legere poteramus, nam & lumina dimiseramus; nec satis lucebat, cum autem lucret, ante scripta epistola ex duabus tuis prior mihi legi cœpta est, illa omnium quidem elegantissima, ne sim saluus, si aliter scribo, ac sentio; nihil legi humanius, itaque veniam quò vocas, modò adjuvatore te, sed nihil tam ἀπεροσδιονοῦσόν mihi primò videbatur, quàm ad has litteras, quibus ego a te consilium petieram, te mihi ista rescribere, ecce tibi altera, qua hortaris 6 πᾶρ ἠνερῶν τοῦ μίμντα, Νῆος ἐπὶ Ἀππίας, 7 Appiam ἐπ' ἀριστέρῃ ἕξει, itaque eo die mansi Aquini, longulum sanè iter, 8 & ἐν τῇ ἀμφοτέρῃ; inde postidie mane proficiscens, has litteras dedi: & quidem, ut à me dimitterem in vitissimus, fecerunt Erotis litteræ, rem tibi Tiro narrabit, tu, quid faciendum sit, videbis, præterea, possimne propius accedere (malo enim esse in Tusculano, aut uspiam in suburbano) an etiam longius descendendum putas, crebro ad me velim scribas, erit autem quotidie, cui des. Quod præterea consulis, quid tibi censeam faciendum, difficile est, cum ablim, verum tamen, si pares, æquè inter se, quiescendum: sin; latius manabit, & quidem ad nos, deinde communiter, avidè tuum consilium expecto, timeo, ne absim, cum adesse me sit honestius: venire non audeo. De Antonii itineribus nescio quid aliter audio, atque ad te scribebam, omnia igitur velim explices, & ad me cerra mittas. De reliquo quid tibi ego dicam? ardeo studio historia, incredibiliter enim me commovet tua cohortatio, quæ quidem nec institui, nec effici potest sine tua ope, coram igitur hoc quidem confe-

remus. In præsentia mihi velim scribas, 9 quibus Cæsaribus. C. Fannius M. F. Tribunus pleb. fuerit, videor mihi audisse, P. Africano, L. Mummio, id igitur quæro, tu mihi de his rebus, quæ novantur, omnia certa, clara, 11 1. Id. ex Arpinati.

CICERO ATTICO, S.

Nihil orat planè, quod scriberem, nam cum Puteolis essem, quotidie aliquidi novi de Octaviano, multa etiam falsa de Antonio, ad ea autem, quæ scripsisti (tres enim acceperam 11 1. Idus à te epistolas) valde tibi assentior, si multum possit Octavianus, multo firmitus alla tyranni comprobatum iri, quàm in Telluris: atque id contra Brutum fore: sin autem vincitur, vides intolerabilem Antonium: ut, quem velis, nescias. O Sextii tabellarium, hominem nequam! postridie Puteolis Romæ dixit fore. Quod me mones, ut pedetentim; assentior: etsi aliter cogitabam, nec me Philippus, aut Marcellus movet, alii enim eorum ratio: & si non est, tamen videtur, sed in isto juvene, quamquam animi satis, auctoritatis parum est, tamen vide, si forte in Tusculano rectè esse possum, ne id melius sit (ero libentius: nihil enim ignorabo) an hoc, cum Antonius venerit. Sed, ut aliud ex alio, mihi non est dubium, quin, quod Græci κατὰ φύσιν, nos officium, id autem, quid dubitas, quin etiam in Rempublic præclarè caderet? nonne dicimus, Consulatum officium, Senatus officium? præclarè convenit; aut da melius. Male narras de Nepotis filio, valde mehercule moveor, & molestè fero, nescieram omnino esse istum puerum, Caninium perdidit, hominem, quod ad me attinet, non ingratum. Athenodorum, nihil est, quod hortèrè, misit enim satis bellum ἀπομνημό. Gravedini, quæso, omni ratione subvenit, 10 Quintus avi tui pronepos, scribit ad patris mei nepotem, se ex Nonis iis, quibus nos magna gessimus, & de Opis explicaturum, idque ad populum, videbis igitur, & scribes. Sextii iudicium expecto.

CICERO ATTICO S.

Noli putare, pigritia me facere, quòd non mea manu scribam: sed mehercule pigritia, nihil enim habeo aliud, quòd dicam: & tamen in tuis quoque epistolis Alexim videor agnoscere, sed ad rem venio. Ego, si me non improbitè Dolabella trastrasset, dubitarem fortè esse, utrum remissior essem, an summo jure contenderem, nunc vero etiam gaudeo mihi causam oblatam, in qua & ipse sentiat, & reliqui omnes, me ab illo abalienatum: idque præ me feram, & quidem me mea facere, & Reip. causa, 11 ut illum oderim, quòd cum eam me auctore defendere cœpisset, 12 non modò deseruerit, emptus pecunia, sed etiam, quantum in ipso fuerit, evertit. Quòd autem quaris, quomodo agi placeat, cum dies venerit; primum velim ejusmodi sit, ut non alienum sit, me Romæ esse, de quo ut de ceteris, faciam, ut tu censueris, de summa autem agi prorsus vehementer & severè volo, etsi sponsores appellare, videtur habere quandà 13 δυσωπτιαν;

R r r 3 tamen

1. Neque Torquati negotiolo stitutum puto. Est à Crutellino. Placeret Manutio vel vulgata lectio, neque Torquati negotiolo stitutum, & v. vel Cavale. & Bessar. nisi: me de Torquati neg. stitutum puto.

2. Πῶς μὲν enim. Ita putat Cicero nem scripsisse Bofius, Crutellianus prorsus uni enim; Victorius ex conjectura, bonum animum, quod vulgò receptum est: Iunius conjicit, sed quid tibi dicam hui? unam jam de.

3. Ut Idus. Sic erat in Crutell. no; vulg. U Idus.

4. Ad Pontem Tirenium. Ita nisi. Bofius: vulg. Tircium sive Tyrentium; mallet Iunius, Liriciam.

5. Δολίχον πῶλον. Longam navigationem molientem.

6. Πᾶρ ἠνερῶν τοῦ μίμντα. Ad ventosum Mimantem in insulâ Pfyriâ: Appiam si infra habentem. Victorius ait Germanos primos hæc verba Græca reituisse.

7. Appiam ἐπ' ἀριστέρῃ. Iunius ait cum Pal. haberes ἀριστερῇ Appiam scribes, ἐπ'.

8. Ἐν τῇ ἀμφοτέρῃ. Conjectura hæc est Bofii: vulgari codicibus 11

inepta. Tornæsius, via maris, ex quo nonnulli fecerunt, mandata, alii melissas, alii, mala; Lambinus verò, mandata. Crutellianus & nisi. Pal. referunt, via amara, unde Iunius scribit, via humata. Itaque eo die mansi Aquini, longulum sanè iter, & ἐν τῇ ἀμφοτέρῃ.) Salmastius ex libris veteri, legit viam maris, pro via lutofa & humata. Maris enim antiqua vox, quæ emollitur, subactum & macerata significat, inde verbum macerare pro domitare, & macerata: Iudorus in Gloisiss a matrem est, humatum, & emollitum & infestum à Græco μαρτῶν, subigit emollio Salmast.

9. Quibus Conf. Ita prisci nisi, quos habuit Bofius. Palat. quibus Conf. vulg. best.

10. Quintus avi pronepos. Emendavit ita Bofius ex Crutellino, qui habebat, Quintus aut tui pronepos: idem coniecerat antea Vrsinus, vulg. Quintus tui patrii nepos.

11. Ut illum oderim. Vulg. cur illum oderim.

12. Non modò deseruerit, emptus. Vulg. non modò: deseruit emptus, &c.

13. Δυσωπτιαν. Verecundiam.

tamen hoc, quale sit, consideres velim. possumus enim, et ut sponsores appellentur, procuratores introducere. neque enim illi litem contestantur. quo facto, non sum nescius sponsores liberai. sed & illi turpe arbitror, eo nomine, quod satisdato debeat, procuratores ejus non dissolvere; & nostræ gravitatis, jus nostrum sine summa illius ignominia persequi. de hoc quid placeat, rescribas velim: a nec dubito, quin hoc totum ienius administraturus sis. Redeo ad Remp. Multa mehercule a te expe *ἐν πολιτικῷ* genere prudenter: sed, his litteris nihil prudentius: **3 QVAM QVAM** enim postea, in presentia bello iste puer revindicti Antonium, tamen exitum exspectare debemus. at, quæ conicio? nam est missa mihi. ita sibi parentis honores consequi liceat: & simul dextram intendit ad statuam. **4** *μηδὲ σὺδὲν* *ὑπὸ τοῦτῃ* sed ut scribis, & certissimum esse video *ὑπὸ τοῦτῃ* in Casca, Casca nostri Tribunatum: de quo quidem ipse dixi Oppio, cum me hortaretur, ut adolescentem, totamque causam, manumque veteranorum complecterer, me nullo modo facere posse, ni mihi exploratum esset eum non modò nos inimicum tyrannotonis, verum etiam amicum fore, cum ille diceret, ita futurum: quid igitur festinamus? inquam. illi enim mea opera ante Kalend. Jan. nihil opus est. nos autem ejus voluntatem? ante Idus Decemb. perspiciemus: in Casca, mihi valde assensus est. Quamobrem hac quidem hætenus. Quod reliquum est, quotidie tabellarios habebis, & ut ego arbitror, & etiam quod scribas habebis quotidie. Letæ litterarum exemplum tibi misi: ex quo mihi videtur *ἰσπρατῶν* ille dejectus de gradu. sed tu, cum legeris, existimabis.

OBSIGNATA jam epistola, litteras à te, & à Sexto accepit, nihil jucundius litteris Sexti, nihil amabilius: nam tuæ, breves: priores erant uberrimæ. Tu quidem & prudenter, & amicè suades, ut in his locis potissimum sim, quoad audiamus, hæc, quæ commota sunt, quorsum evadant. sed me, mi Attice, non sanè hoc quidem tempore movet Resp. non quo **11** aut tu mihi quidquam carius, aut esse debeat sed **DES PERATIS** etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam. quare ista valeant: in res familiaris movet: rem dico? immò verò existimatio. cum enarranta reliqua sint: ne Terentiz quidem adhuc, quod solvam, expeditum est. Terentiam dico, scis nos pridem jam constituisse Montani nomine **12** n. s. xxv. dissolvere. pudentissimè hoc Cicero petierat, **13** ut fide sua, liberalissima, et tibi quoque placuerat, promiseram; Erotique dixeram, ut sepultum haberet. non modò: sed iniquissimo fœnore veritatem facere Aurelius coactus est. nam de Terentiz

nomine Tiro ad me scripsit, te dicere, nummò à Dolabella fore. malè eum credo intellexisse, si quisquam malè intelligit; potius, nihil intellexisse. tu enim ad me scripsisti Coccoi responsum, & isdem præne verbis Eros, veniendum est igitur vel in ipsam flammam **TVRPIVS** est enim privatum cadere, quam publicè. itaq; ceteris de rebus, **14** quæ ad me suavissimè scripsisti, perturbato animo, non potui, ut **15** consueram, rescribere. consenti in hac cura, ubi sum, ut me expediam: quibus autem rebus, venit quidem mihi in mentem: **16** sed certè constituere nihil possum. prius quàm te video. qui minus autem ego istic rectè esse possum, quàm est Marcellus? sed non id agitur: neque id maxime curo. quid cures, vides. adsum igitur.

CICERO ATTICO, S.

IUCUNDISSIMAS tuas legi litteras, ad Plancum **17** scilicet **16** plij habes exempla, cum Tirone quid sit locutus, cognosciam ex ipso. Cum forte ages attentius, sit te occupatione ista relaxaris.

M. CICERO. 18. L. PLANCO PRÆT DES. S.

ATTICI nostri te valde studiosum esse cognovi, mei virò ita cupidum, ut mehercule paucos aque observantes, atque amantes me habere existimam. ad paternas enim magnas, & veteres, & justas necessitudines magnam attulit acceptionem tua voluntas erga me, meaque erga te, par atque mutua. Buthrotia sibi causa ignota non est: egi enim *sape* **19** de ea te recum, ubique istam rem demonstravi: que est *dicta* hoc modo. Ut primum Buthrotiam agrum prescriptum vidimus, commocui Atticus libellum composuit, eum mihi dedit, ut darem Casari. etiam enim cenatus apud eum illo die. cum libellum Casari dedi: probavi causam; rescripsit Attico, aqua eum postulare: admovuit tamen, ut pecuniam reliquam Buthroti ad diem solverent: Atticus, qui civitatem conservatam cuperet, pecuniam noverat de suo, quod cum esset factum, adimus ad Casarem, verba fecimus pro Buthrotiis; liberalissimum decretum abstulimus; quod est obsequium ab amplissimis viris, quæcum essent, ab illis mirari quidem solbam; pati Casarem con venire eos, qui agrum Buthrotionem *composuisse*: neque solum pati, sed etiam ei negotio te praeficere. itaque Ego cum illo locutus sum, & *sapienter* quidem: ut etiam accusaver ab eo, quod parum constantia sue considerem: & *Messalla*, & ipsi Attico dixi, ut sine cura essent: aperteque ostendebat, se presentium animos (erat enim popularis, ut noras) offendere nolle: cum mare *transissent*, curatum se, ut in alium agrum deducerentur. hac illo virro post interitum aiatem Casari, ut primario ex **S. C.** causis. Consules cognoscere instituerunt, hæc, qua supra scripsi, ad a. delata sunt. **20** probaverunt causas sine ulla dubitatione, sequa ad tu litteras datus esse dixerunt. Ego autem, mi Planco, esse non dubitabam, quin & **S. C.** & lex, & consulum decretum, ac littera

1. Ut sponsores appellentur. Velim. mi. ut sponsores non appellentur, &c.
 2. Nec dubito. Ita Torn. & Cruell. vulgati, & non dubito.
 3. Quamquam enim post ea, in presentia bello iste puer revindicti Antonium.] Vulg. quamquam enim postea in presentia bello iste puer revindicti Antonium. Iunius dicit se distinguere ex miss. consensu; quamquam enim postea in presentia &c.
 4. Μηδὲ σὺδὲν. Ne salvus quidem fiam ab hoc.
 5. ὑπὸ τοῦτῃ. Sic codex Torn. vulg. ἐπὶ τοῦτῃ.
 6. Certissimum esse vides discrimen, Casca nostri tribunatum.] Ita codex Tornæi, sed in hac scriptura aliquid desiderat Lambinus & vult legi, certissimum vides venisse in discrimen, vel, certissimum vides esse in discrimen. vulg. certissimum esse vides discrimen Casca nostri tribunatum. Iunius ex conjectura teponit, certissimum venisse vides.
 7. Aut Id. Decembres perspiciemus.] Ita Bosius emendavit ex corrupta hac scriptura, perspicimus.
 8. In Casca, mihi.] Distinctionem hanc posuit Viçtorius; antea, in Casca mihi.
 9. Etiam quæ scribis habebis quotidie.] Vulgò, etiam quid scribis quotidie.
 10. Στρατῶν.] Imperatorculus. Lambinus *στρατῶν* αὐτῶν, vulgò *στρατῶν* αὐτῶν. Ad oram liberorum ponitur, *στρατῶν* αὐτῶν, quod quid sit ignorare se fateatur V. C. Dausqueus, nisi qui exercitum sibi conciliat & clavo volat adjungit, quod in Antonium non convenire, docemur epistola hujus libri 8. itaque malit *στρατῶν* αὐτῶν, *στρατῶν* αὐτῶν: verum injudicio voce, ac in interpretibus, exercitum im-

puler, scilicet ager harrator, cujusmodi Antonius, Tullii censura. Quid tamen, addit *ὑπὸ τοῦτῃ* *faci* illi delatus, &c. quos enim sollicitavit incensor fuit & militum, & Aegypti, & malorum prope omnium, adcoque Reip. Rom. everfor. Poterat & legi *στρατῶν* αὐτῶν ille *λαῶς* dejectos de gradu. Notum ex Homero; *λαῶς* *ποδὶ* *κινῆσαι*. *στρατῶν* αὐτῶν, qui exercitum fontis & ore arma ctepat. verbo *ἰσπρατῶν* lege epistolam 8. & necem dices & pronum factus est, ut cum vicinæ loco voces sunt *λαῶς* & *λαῶς*, neque literis admodum distitit, per ignorationem altera alteri fraudi fuerit. sed nec inopem si dicatur Antonius *στρατῶν* αὐτῶν voce nota. Polluci lib. 1. cap. 10. ut Epistola *στ. Μεσσηνία* *περὶ* *ἐργῶν*, hætenus Dausqueus.
 11. Aut sic mihi.] Vulg. *ita mihi*.
 12. H. s. xxv. dissolvere.] Vetus hæc est Bosii miss. scriptura; & vulgò *xxv*.
 13. Ut fide sua.] Ita Cruellinus & Tornæi. vulg. *ut ei de sua*.
 14. Quas ad me scripsisti.] Vulg. *quæ ad me*.
 15. Consularum.] Sic habent Viç. codices. antea, *consulorum*.
 16. Sed certè.] Vulg. *sed certè*.
 17. Scripsi; habet exemplum.] Scripsi, mihi; habet exemplum; Vulg. *scripsi*.
 18. L. Planco.] Manuutus ait, vel collendam prænominis notam, vel legendum, *en Planco*.
 19. De eare recum.] Hæc verba quæ à vulgatis abfunt, rescriuit ex suis Bosius.
 20. Probaverunt causas.] Mallet Manuutus, *causas*.

quod in supremum auctoritatis haberent, neque ipsius Attici causa velle intellexeram; tamen hoc pro conjunctione, & benevolentia nostra mihi summi, ut id a te petere, quod tua singularis humanitas, suavisque mores a te essent impetraturi: id autem est, ut hoc quod te tu a sponte facturum esse certo scio, honoris nostri causa liberer, profunde, ceteris facias, mihi nemo est amicitior. nec succundior, nec carior Attico: cuius antea res solum familiaris agebatur, eaque magna; nunc accessit etiam existimatio, ut, quod consecutus est magna & industria, & gratia, & vivo Cesare & mortuo id, se adjuvante, obtineat, quod si a te erit impetratum, sic velim ex se, me, de tua liberalitate ita interpretaturum; ut tu summo beneficio me affeclum iudicem, ego, qui te velle, quoque ad te pertinere arbitror studiosi, diligenter, curabo, da operam, ut valeas.

CICERO PLANCO PRÆT. DES. S.

IAM antea petivi ab te per litteras, ut, cum causa Buthrotiorum prebata a Consulibus esset, quibus & lege, & S. C. permittitur, ut de Casariis alibi cognosceret, statuerent, iudicarent, eam rem tu adjuvares: Atticumque nostrum, cuius te studium cognovi, & me, qui non minus laboro, molestia liberares. omnibus enim rebus magna cura, multa opera, & labore confectus, in te positum est, ut nostra sollicitudinis finem quam primum facere possimus, quamquam intelligentius ea te esse prudentia, ut videas, si ea decreta Consulibus, qua de Casariis acta interposita sunt, non serventur, magnam perturbationem rem fore, equeidem cum multa, quod necesse erat in tanta occupatione, non prebentur, qua Casar statuerit; tamen tui, pacisque causa asseri mi illa soleo defendere: quod tibi idem magis optere faciendum censeo, quamquam haec epistola non sua sibi est sed rogatorum. Igitur, mi Plance, rogo te, & etiam oro, sic mediis illis, ut magis studio, magis, ex animo agere non possim, ut totum hoc negotium ita agas, ita trahes, ita consulas, ut, quod sine ulla dubitatione apud Consules obtinuius propter summam bonitatem, & aequitatem causa, id tu non obtinuisse non modo facile parare, sed etiam gaudere, qua quidem voluntate esse erga Atticum, saepe praesens & illi ostendisti, & vero etiam mihi, quod si feceris, me, quem voluntate, & paterna necessitudine conjuncturo semper habuisti, maximo beneficio devinctum habebis: idque ut facias, te vehementer etiam atque etiam rogo.

CICERO CAPITONI S. UO.

NUM QUAM pax fore, ut supplex ad te venirem, sed Hercule facie patior datum tempus, in quo amorem experiret tuum. Atticum quanti faciam, seu, amabo te, da mihi & hoc: obliuiscere mea causa, illum aliquando suo familiari, ad versario tuo, voluisse consultum, cum illius existimatio ageretur, hoc primum ignorare, est humanitati tuae: suos enim quisque debet tueri: deinde, si me amas (omitte Atticum) Ciceroni tuo, quem quanti facias, pra te soles ferre, i totum hoc da, ut, quod semper existimavi, nunc plane intelligam, me a te multum amari. Buthrotios cum Casar decreto suo, quod ego obsequari cum multis amplissimis viris, libera visses, ostendisti, nobis, se, cum agrariis mare transissent, litteras missurum quem in agrum deducerentur; accidit, ut subito ille interret, deinde quemamodum tu scis (interfuit enim, cum consules oportere ex S. C. de actu Casari cognoscere) res ab illi in Kal. Jun. dilata est, accessit ad S. C. lex, qua lata est A. D. IV. Non. Jun. qua lex earum rerum, quas Casar statuisset, decrevisses, egisset, Consulibus cognitionem dedit causa Buthrotiorum delata est ad Consules decretum Casari restitutum est, & multi praeterea libelli Casari pro-

lasi. Consules de consilii sententia decreverunt secundum Buthrotios; 2. Plancum dederunt. Nunc, mi Capito (scio enim quantum semper apud eos, quibuscum sis, possis solas, eo plus apud hominum facillimum, atque humanissimum Plancum) venire, elabora, vel potius obblandire, effice, ut Plancus, quem spero optimum esse, sit etiam melior opera tua omnino res huiusmodi videtur esse, ut sine cuiusquam gratia Plancus ipse pro ingenio, & prudentia sua non sit dubitaturus, quin decretum Consulibus, quorum & lege & S. C. cognitio, & iudicium fuit, conferret; praesertim cum, hoc genere cognitionum labafacta, acta Casari in dubium ventura videantur; qua non modo ii, quorum interest, sed etiam ii, qui illa non probant, 3. otii causa confirmare velint, quod cum ita sit, tamen interest nostra, Plancum hoc animo libenti prolixoq, facere quod certi facias, si tu non vales tuos, mihi saepe cognos, sua veritate, qua nemo tibi par est, adhibueris, quod ut facias, te vehementer rogo.

CICERO C. CUPIENNIO S.

PATREM tuum plurimum feci, neque ille iustitiae & coluit & amavit: nec mehercule unquam mihi dubium fuit, quum tu diligeret, ego quidem id facere non desisti, quamobrem peso a te in maiorem modum, ut civitatem Buthrotiam subleves, decretumque Consulibus, quod si fecerint Buthrotios facerent, cum & lege, & S. C. statuenti potestatem haberent, des operam, ut Plancus nossemus quamprimum confirmet & comprobet, hoc te vehementer, mi Cupiennius, etiam atque etiam rogo.

CICERO PLANCO PRÆT. DES. S.

IGNOSCE mihi quod cum antea accuratissimi de Buthrotiis ad te scripsissem, eadem de re ita plus scribam, non me hercule, mi Plance, fuisse, 4. quoparum consilium aut liberalitati tuae, qui nostris amicitia; sed cum tanta res agatur Attici nostri, nunc vero etiam exultimatio, ut id quod probavit Casar, nobis testibus & obsequatoribus, qui & decreto & responsi Casari interfueramus, videantur obtinere potuisse, praesertim cum tota potestas qua rei tua sit, ut ea, qua Consules decreverunt secundum Casari decreta & responsa; non dicam comprobet, sed studiosè libenterque comprobet, id mihi fore erit gratum, ut nulla res gratior esse possit, est jam sperabam cum his litteras accepisses, fore, ut ea, qua superioribus litteris a te petissemus, impetrata essent; tamen non faciam finem rogandi, quod nobis nuntiaturum eris, te id fecisse, quod magna cum spe expectamus, & deinde enim confido fore, ut alio genere litterarum utamur; ubique pro tuo summo beneficio gratias agamus, quod si acciderit, velim sic existimas, non tibi tam Atticum, cuius permagna res agitur, quam me, qui non minus laboro, quam illa, obligatum, fore.

CICERO CAPITONI S.

NON dubito, quin mirare, atque etiam stomachere, quod secum de eadem re agam saepius. Homini familiarissimi, & mihi omnibus rebus conjunctissimi, permagna res agitur, Attici, cognovi ego tua studia in amicos, etiam in te amicitiorum, multum poteris apud Plancum juvare, non humanitatem tuam, scio quam sis amicum jucundus, nemo nos in hac causa plus juvare potest, quam tu, 7. & res ita est firma, ut debet esse; quam Consules de consilii sententia decreverunt, cum & lege, & S. C. cognoscere, tamen omnia posita putamus in Planci tui liberalitate; quem quidem arbitramur cum officii tui, & Reip. causa decretum Consulibus comprobaturum, tum libenter nostra causa esse facturum, adjuvabim igitur, mi Capito: quod ut facias, vehementer etiam atque etiam rogo.

M. TUL-

1. Item hoc da. Ex Cruffell. & Tornæi. reposuit Bofius verbum, id est, quod deca: in editionibus.
2. Plancum dederunt.] Manutius mallet, dixerat ad Plancum dederunt, licet repugnet mss.
3. Otii causa confirmare velint.] Faerius legebat, infirmari, passivè.

4. Quis parum.] Vulg. quod parum.
5. Casar nobis exhibuit.] Vulg. Cas. nobis exhibuit.
6. Deinde enim.] Vulg. deinde, tum.
7. Et res ita est firma.] Ita scripsit Bofius ex fide Cruffellini Tornæi.

Finis Epistolarum M. Tullii Ciceronis ad Atticum.